¶ Familiarium colloquiorum formulae.
Et alia quedam per Erasmū recognita.

Londini apud Wynandū de Worde
calcographie prelis examinata no
uiter: suaq; in domo sub So-
lis interlignio vendūtur.

S. P. D.

PRodijt nuper libellus quidã colloquiorũ familiarium/quẽ mihi tribuit: & ediscitur a pueris meo noĩe: vt audio. Qui etiamnũ si maxime is esset: qui latine lingue castimoniam doceret. nolim tamen mihi ascribi quod meũ nõ sit. Nunc cum multa sint admixta que meã barbariem oleãt: paucis rem vt habet aperiam. Fateor me quondã cum essem Lutetie añ annos plus viginti dictasse nescio quas nugas. Siquando libuisset a cena garrire ad foculũ: et discinctũ (vt ait Flacc⁹) ludere de formulis egressus cotidiani. rursum de sermonibus conuiualibus. Ad hec scripseram crassissimam paraphrasim in elegantias Laurentij Valle: nec mirum. lapidi scripseram verius q̃ homini. Quanq̃ hoc quoq; frustra: vsq; adeo plũbeũ erat ingeniũ vetuli plitaci. Preterea iã tum copie qualecunq; simulacrũ delineram. Ad hec ceptus erat liber de conscribendis epistolis. Itẽ alius aduersus barbaros: quem quorundam opera perdidi. Postremo quotidie calamum in familiaribus

epistolis exercebam/quiduis nugans apud hũc aut apud illũ amiculũ: & effutiens/ qualia solemus à poculis inter amiculos & congerrones alter in alterius sinũ effũdere. Huiusmodi nugarũ insatiabilis lauerna semper fuit Augustinus Campynadus/ q̃ cũ mihi tũ erat domestica cõsuetudo menses aliquot. Is hũc libellũ ceu cornicula Esopica ex his omnibus concinnauit: aut cõmiscuit magis rhapsodus ille farraginẽ suam/ veluti cum multa iura cõfundit coquus. Additis personis ac titulis/ & quibusdã de suo affictis: ne nusq̃ cumanus ille asinus seipm proderet. Neq; enĩ est tam facile latine: vel nugari. q̃ existimãt quidam Possum adhuc de singulis pronũciare: vnde delumpserit ille. Et sunt apud quos extant adhuc huiusmodi schede qui fatẽtur et agnoscũt me verũ dicere. His nenijs imposuit quibusdam crassulis. inscio me. quo nimirũ homo tenuis/ ac famelic⁹ non nihil nũmorũ abraderet. Nec est qõ me beat⁹ Rhenanus/ homo cãdidus/ et amicus excusset: hoc pretextu. q̃ hunc libellum añ annos viginti scripserim. An interim accesserit aliq̃d vel eruditiõis vel iudicij/ alioq; facio iudiciũ

certe linguã latinã: ac bonas quas vocãt litteras/ id tẽporis melius callebam ꝙ nunc. etiam si tunc quoq; infra mediocritatem tenebã ea studia. iam vt ex paucis cetera cõijcias lector. Quis vnq̃ dixit: dare salutationem/ p dicere salutem. id qõ ille ponit pag. a. iii. Rursum pag. a. vi. me ĩ derisum habes. Rursum eadem. Occupationes tue excusationis locũ habent. de suo addidit. Item a. vij. Ago tibi gratias/ q̃ litterarũ fasciculis nos onerasti. Nõ sensit qui poscere modum subiunctiuũ. qui nos oneraris. Item a. viij. Ad clunes mundãdos. clunes ponit pro diuersa corporis parte. Rursus ibidẽ. Laudo te virũ prestitisse. Quis vel Geta sic loquit̃? Sed desino plura/ ne lectori sim molestus: cum hec sint in primis pagellis. Quãq̃ sũt in his et alia que mihi non probantur. Quorũ est illꝺ Qua valitudine es predit⁹. Recte forsitan sic dixerit medicus: si de perpetua corporis crasi percõtaretur non de presenti corporis statu. Admonui. meo sũ officio functus. Posthac si quis vltro se fallet: sibi imputet. Holonio non inuideo/ si quid hinc lucelli corrasit. Sed gratias acturus non sum hoi: nisi me alio deme

ruerit officio. Quẽ/si pergat ex Holonio faciem⁹ Ho-
lopolã: aut si malit holopoliũ. Scio nõ esse leuẽ iniu-
riã/edere meo noie: quod meũ nõ est, pſertim me ſup
ſtite. Sed quẽadmodũ Balaã ille non admodũ expa-
uit ad vocẽ aſine loquẽtis: qõ mõſtris aſſueuiſſet. ita
ego quoniã ad maiores cõtumelias iã occalluí/min⁹
ad hec leuia cõmoueor. Alioqn nõ aberat res ab atro-
ci iniuria. etiãſi libellus a me conſcriptus fuiſſet: nihi
forſitan/quicquid experientes calamũ. quicquid pue
ri. quicquid ſoluti. dcqd vuidi. quicqd amãtes aut ira
ti chartis illinimus, id cuiuis ius erit typis excuſſum
orbi tradere. Que tandẽ iſta licẽtia: me ſuperſtite mi
hi aſcribere: quicqd cuiqz collubitũ fuerit/& aliene fa-
me periculo ludere. Et tñ quoniã libellũ vbiqz corri-
pi videbam/perlectũ emendauimus. ne iuuẽtus no-
ſtri noſis lenocinio decepta ſolertiſmis inficeretur. Be
ne vale lector optime. Louanij Anno. M. CCCCC.
xix. kalen. Janua.

Colloquiorum familiari-
rum formulae.

¶ Colloquuntur autem in hoc libello Christianus. Augustin⁹ poeta. Petr⁹ puer. Eraslm⁹. Theodoricus. Midas. Hospites.

¶ Salutãdi formula prima. Christianus

Præceptor. Amice Pater.

mi More Vir ornatissime.

sodalis iucũdissime.

candidissime Simon.

meum delitium. Mea vita.

meum suauium.

mea lux. Meum decus

Salue meum mel.

mea voluptas vnica.

meum corculum. mea Bacchis.

multũ mi Christiane.

etiam atq; etiam.

iterum atq; iterum.

eternum mihi maxime Palla

Quantum vis Plus millies Gerarde

Plurimum vror.

Sal⁹ tibi. Salue regina formosissima: cū catulis te matre dignis. Salue turpissime nebulo. ¶Respon. Salue leuissime ganeo. Ut me salutas/ ita resalutabere. Ut me salutaris: ita resalutaberis. Saluus sis tu quoq; Nicolae.

¶Salutare est dicere salutem. Resalutare est salutationem reddere.

Obuios quos adimus colloquendi gratia/ renantes/ oscitantes/ singultientes/ sternutantes/ tussientes salutamus. nosq; tū illi salutant. In ructu crepituue salutare: hominis est plus satis vrbani.

¶Absentibus hoc pacto salutē: aut mādamus aut precamur. formula secunda.

Christianū plurimū saluere iubeo. Christianum suū plurima salute impartit Erasmus.

Arnoldum meū mea causa fac diligentissime salutes Matri ꝙ potes officiosissime ex me salutem dicito.

Christiano bene esse cupio. Christiano vt bene sit precor. Augustinus tuus te plurimum saluere iussit. Geratdus me tibi suo noīe salutem dicere precepit.

Ab Erasmo iussus sum te magnopere salutare. Dēs tibi salutē comprecātur. Salutat te Petrus Egidi⁹. Henricū meis verbis saluta diligēter. Jacob⁹ multā salutē tibi ascribi iussit. M.T.C. Tyroni suo S.D. Præceptorem meū fac meo nōie salutes. Salutabis ex me patrē tuū virū integerrimū. Adriano meo fac mea causa salutem nūcies diligentissime. Salutato homines quotquot de me/te percōtabūtur.

¶ Annuentis formula.

Aug. Faciam equidem/ac lubens. Curabo. Curabit. Haud negligam. Habebo cure. Haud prætermittam. Volens faciam. Nihil eque libens fecero. Curabo diligenter. Fiet. Cure erit. Ita faciam.

¶ Alia salutandi formula.

Licebit interim honoris gratia mutare salutādi formam. hoc modo.

	Præstantia	Beatitudo
	maiestas	sanctitas
Salua sit tua	clementia	celsitudo
	excellentia	amplitudo
	sublimitas.	

¶ Valetudinis forꝫ.

Christianus. Ut vales optime Augustine? Qui vales? Quo pacto tecum agitur? Ut habes?

¶ Responsoria.

Aug. Recte. bene valeo. belle. perbelle. bellissime. feliciter. q̃optime. pulchre. festiuiter. haud male quidē valeo. bene habeo. Sin minus recte valeas: caue dicas vulgato more taliter qualiter q̃culinaria est elegātia: haud oratoria. Sed sic respōde. Equidem vtcunqꝫ valeo. Mediocriter quidem valeo. Ut possum. quando vt volumus non licet. Ut soleo. Ita vt superis visum est. Nō optime sane. Plane infeliciter. Nō admodū ex sententia.

¶ Alia de valetudine rogādi formula.

Aug. At tu qua valetudine es? Ecq̃d valuisti vlqꝫ? Verū tu christiane satin recte vales? Qua valetudine es preditus? sic forte recte dixeris. si de perpetua corporis temperatura percōteris: nō de presenti corporis affectione.

¶ Responsoria.

Chri. Fausta.incolumi valetudine.felici. prospera. bona.optima.Basilica.Athletica.Pancratica.

¶Libens audio. Foꝛ.

Aug. Letus istud audio. Audire istud ex aīo gaudeo Ut idem facias semper opto. Est mihi istud auditu perꝯiucundum. Voluptatē magnam mihi nuncias Haud inuitus audio. Oppido letoꝛ istud audire ex te Oppido aduerbium.i. valde. Gaudeo tua causa. Letoꝛ vicē tuam. Ita vt perpetuo facias precoꝛ. Ut licꝯdiutissime valeas oꝛo. Gratia deo. Laus superis. Gratiā habeo celitibus. Deo gratia. Deo gratias. ex clesiasticis relinquito pro cantilena.

¶De statu percontādi:foꝛmule.

Chri. Quo tandē in statu res tue sunt posite: Quo pacto res tibi habent:Recte ne sunt omnia: Satis ne omnia ex sentētia: Salua ne sunt omnia: Sunt ne vt vis oīa. An ex voto sunt omnia.

Responsoꝛia.

Aug. In optimo statu. In tolerabili. In felicissimo Mediocri. Oīa salua. Velim quidē: at minime sunt.

Recte quidem vellem omnia. omnia prospera.

Chri. Bene est. Recte. pulchre res habet. optime. bene factum. Perplacet. est volupe. gaudeo. qui fit vt minus salua sint omnia?

¶ Respon. Sic dijs visum est.

Caue dicas. bonum est. pulchrũ est. est rectum. in hoc duntaxat sensu. Item.

Quid agitur? quid rerũ agis? quid operis facis? q̃d negocij geris? quid rerũ geritur? quid agis?

Responsoria. Nihil ago for.

Chri. Equidem ocium ago. nihil quidem agitur. nihil rerum ago. nihil sane fit apud me. id quod vides. nempe nihil.

¶ Impedio te. For.

Aug. Sum fortasse tibi impedimẽto. ego te fortasse quippiã agentẽ interturbo. Ego fortassis tibi aliud conanti obturbo. forsitan negocia tua interrumpo. Remoror fortasse tuum negocium.

¶ Responsoria.

Christia. Imo in tẽpore aduenis. Oportune ades.

expectatus aduenis. nã voluptati est mihi tuus aduẽtus. haud impedimento.

¶ Studes cõtinue. For.

Aug. Tu perpetuo studes. Studes & noctes & dies. Assiduus in studio es. Nullum facis studendi modũ. Immodico studio te maceras. Nullam studijs tuis quietem intermisces. nunq̃ studẽdi laborẽ intermittis. Nihil tibi parcis. Cõtinue studes.

¶ Irrides me. For.

Christi. Nũc tu plane rides me. Derides me. Ludis ne nunc me: Habes me risui. Jocaris mecũ. Pro delectamento me habes. Ludibrio sum tibi. Illudis mihi. & illudis me: pro rides me.

¶ Rem ipsam dico. For.

Aug. Minime rideo: sed id quod res est dico. Non rideo quidem: immo rem ipsam dico. Serio loquor. Ex animo dico. Ex animi sententia loquor. Haud (ita me deus amet) iocor.

Cur non visis nos. For.

Chri. Quid cause est: q̃ iam pridem nos nõ viseris

Quid accidit: qđ iamdiu ad nos nō accelleris: Quid tibi vult: quod post tantum dierum nos nō inuiseris Cur tam rarenter nos visis:

¶ Non licuit. For.

Augu. Non licuit per occupationes. Non licuit per ocium. Volui quidem: at nō licuit mihi per mea negocia. Nō sinūt mea negocia: vt te aliquando visam. Ita sum occupatus: vt nūq̃ fuerim occupatior. Tot me res distinēt: vt nihil fuerit ocij. Occupatior fui: q̃ vt potuerim. Negocijs multis impeditus venire nō potui. Non licuit per valetudinem. Non licuit per tempestatem.

Chri. Accipio excusationem: at ea lege. ne sepe vtaris. Excusationē tuam accipio. Habeo te excusatum: an latine dicatur/nōdum mihi quidē liquet.

¶ Ago gratias q̃ lr̃as ad me dederis. For.

Aug. Gratum mihi fecisti: q̃ aliquoties ad me scripseris. Habeo gratiam: q̃ ad me crebrius scripsisti. Imo te: q̃ interdum ad me litteras dare nō dedignatus es. Habeo gratias q̃ crebris litteris me viseris.

Ago tibi gratias: qui litterarũ fasciculis nos oneraris. Maxima tibi a me habetur gratia: qui nos aliqũ litteris lacessiueris.

Noua rogandi. Fo.

Chri. Nihil ne nouarũ rerũ e patria affertur? Numquid noui de nostratibus accepisti? Quid noui? Que noua fers? Num quid noui fertur? Nũ que res noue e patria nunciantur?

Responsoria.

Aug. Noui quidem permultũ: at nihil veri. Nouarũ quidem rerũ satis: at nihil comperti. Noua pmulta at explorati nihil. Non parũ noui: at veri non multũ Nihil affertur noui. Nouarũ rerũ nihil prorsus accepi. Certi nihil. noui non nihil. Rumores afferuntur permulti: & dubij. plurima est fama: at rerum nihil. firmi nihil.

An accepisti litteras. Fo.

Chri. Nihil ne litterarũ accepisti? Nũ ullas e patria recepisti litteras? Nulle tibi sunt reddite littere? Nũ ꝺ scriptorũ accepisti? Nũ quas accepisti epistolas?

Formule.

Respon.

Aug. Litterarū nihil accepi. Equidem pecunias ꝙ litteras malim. argentū accipere malim ꝙ epistolas Nummos recipere malim ꝙ epistolia.

¶ Credo. Foz.

Chzi. Facile credo. Haud difficile creditu est. Credi istud perfacile potest. Istud tibi quis non credat: Admodū incredulus fuerit: qui hoc tibi non credat. Ita vtrūqz malim ꝙ neutrum.

Ad quid littere vacue. Foz.

Aug. Quozsum spectant littere sine pecunia: Ad qd tande inanes conducūt littere: Quozsum valent. ad quid conferunt. faciunt. littere vacue: Cui grate/ cui accepte littere sine nummis: Quid emolumēti afferunt littere inanes:

Respon. vtilitatis. Foz.

Chzi. Podici tergendo vtiles. idonee. conducunt natibus tergendis. Si vsuz nescis earū: ad anū expurgandum valent. ad nates tergendas. ad posticum purgandum.

¶ Ut valent amici.

Aug. Quid: valent ne amiculi: quid vor agit tua:

¶ Respon.

Chris. Recte, eam apud matrem reliqui: et quidem pregnantem.

¶ Bene esse illi precor. For.

Augu. Bene et tibi, & illi vertat. tibi quod pater: illi quod mater futura sit. assit deus. vt vtriq; vestrum faustũ, felixq; sit precor. opto. queso. oro superos omnes. vt incolumis prolem vobis dignã pariat. & pulchra faciat te prole parentem. Laudo te: q virum te prestiteris. Gaudeo te virum prestitisse. Gallũ te esse declarasti. Abi. virum te iudico.

¶ Respon so.

Chris. Augustine facis tuo more. Age age: est tibi ius apud me loquendi que voles. Audio te patriã nuper revisisse.

Aug. Sic est factum. Nam diutiuscule iam abuerã. nõ ferebam tã diuturnũ patrie desiderium. nõ poterã a parentũ aspectu abesse diuti?. torquebat me diu-

tinuum amicorum desiderium.

Chri. Pie fecisti. Pius es qui ista cogites. Ducimur enim omnes admirabili quodam amore eius regionis que nos aluit/atq; edidit. Et nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit: & immemores nō sinit esse sui Dic quonam in loco illic offendisti omnia:

¶ Noua omnia. For.

Augu. Nihil non nouum. Mutata omnia. Nouata omnia. Omnia noua. Uide & repete tempus tes mutet humanas. Uix dū decennium abfueram: & non secus omnia admirabar/& Epimenides somniatorum princeps. vix tandem expergefactus.

Chri. Missas fac has nugas. quenam ista est fabula:

Aug. Dicam equidem si vacat.

Chri. Nihil fuerit iucundius. Augu. Sellam igitur vna cum puluino mihi poni iube. Chri. Recte admones. nā sedēs cōmodius mentieris.

Augu. Fabulantur historici de Epimenide quodam Cretensi: qui deambulandi gratia/ solus vrbe egressus: quū in quadam spelūca obdormisset/ quadragin-

ta septẽ perpetuos annos somnũ continuasse dicitur.

Non credo. For.

Chri. Quid narras? Incredibile dictu. Nõ verisimile dicis. Somnium narras. Not sit mihi simile vero Quid tandem theologũ tot annos somniasse reris?

Responsoria.

Aug. Quid aliud ẽ que postea prodidit Scotus? vel potius fratralia omnia. Sed bene cum Epimenide actũ est: qui vel tandẽ ad se redierit. multi Parrhysiis theologi nunq̃ expergiscũtur.

Chri. Age. facis vt poete dignũ est. sed perge mẽtiri.

Augu. Epimenides igitur somno solutus e spelunca prodit. circũspicit. mutata videt omnia. syluas/ripas. flumina: arbores: agros: breuiter nihil non nouum. Accedit ad vrbem. percontatur. manet illic aliquãdiu. neq̃ nouit quenq̃. neq̃ a quopiam agnitus est. Nec miror hoc Epimenidi post tãtum annorum euenisse. quando mihi idem propemodum euenerit: qui pauculos annos abluissem.

Chri. Quid vteroq̃ parens: viuunt ne?

Aug. Viuūt ambo: ꝛ valent vtcunqꝫ: senio. morbo. curis. deniqꝫ bellorū calamitate confecti.

Chri. Cenabis hodie domi: Augu. Foris cenaturus sum. foris cenandū est mihi.

Chri. Apud quem: Augusti. Apud socerū meum. apud generum meum. apud nurum meam. apud affinem meum.

Affines dicuntur qui nō sanguinis. sed matrimonij coniunctione copulati sunt.

Chri. Que sunt igitur vsitata vocabula affinitatū:

¶ Nomina affinitatum.

Augustinus. Maritus et vxor nota sunt.

Socer	vxoris mee pater est.
Gener	filie mee maritus.
Socrus	vxoris mee mater.
Nurus	filij mei vxor.
Leuir	mariti frater
Leuir	dicitur ab vxore.

vt Helena Hectorem leuirum vocat: quod esset nupta Paridi.

ta septē perpetuos annos somnū continuasse dicitur.

Non credo. For.

Chri. Quid narras? Incredibile dictu. Nō verisimile dicis. Somnium narras. Not sit mihi simile vero Quid tandem theologū tot annos somniasse reris?

Responsoria.

Aug. Quid aliud q̄ que postea prodidit Scotus? vel potius fratralia omnia. Sed bene cum Epimenide actū est: qui vel tandē ad se redierit. multi Parrhysiis theologi nunq̄ expergiscūtur.

Chri. Age. facis vt poete dignū est. sed perge mētiri.

Augu. Epimenides igitur somno solutus e spelunca prodit. circūspicit. mutata videt omnia. syluas/ripas flumina: arbores: agros: breuiter nihil non nouum. Accedit ad vrbem. percontatur. manet illic aliquādiu. neq̄ nouit quenq̄. neq̄ a quopiam agnitus est. Nec miror hoc Epimenidi post tātum annorum euenisse. quando mihi idem propemodum euenerit: qui pauculos annos abluissem.

Chri. Quid vterq̄ parens? viuunt ne?

Aug. Uiuũt ambo: & valent vtcunq; lento. morbo. curis. deniq; bellorũ calamitate confecti.

Chri. Cenabis hodie domi? Augu. Foris cenaturus sum. foris cenandũ est mihi.

Chri. Apud quem? Augusti. Apud socerũ meum. apud generum meum. apud nurum meam. apud affinem meum.

Affines dicuntur qui nõ sanguinis. sed matrimonij coniunctione copulati sunt.

Chri. Que sunt igitur vsitata vocabula affinitatũ?

¶ Nomina affinitatum.

Augustinus. Maritus et vxor nota sunt.

Socer vxoris mee pater est.

Gener filie mee maritus.

Socrus vxoris mee mater.

Nurus filij mei vxor.

Leuir mariti frater

Leuir dicitur ab vxore.

vt Helena Hectorem leuirum vocat: quod esset nupta Paridi.

Fratria	fratris mei uxor
Glos	mariti soror
Uitricus	matris mee maritus
Nouerca	patris mei uxor
Priuignus	uxoris aut mariti filius.
Priuigna	filia alterutrius.
Riualis	qui amat eandem.
Pellex	que amat eundem

¶ Cras prandeas. For.

Chri. Ago gratias. laudo te. cras igitur te ad cenam voco. cras ergo vt mecum cenes oro. cras igitur mecum prandeas oro, cras igitur te mihi conuiuam volo. Timeo ne non possim. Formula.

Augu. At vereor ne non licuerit. Ut possum metuo: veniam si quidem licebit. at metuo ne non queam.

Chri. Cur non licebit? qui sic? quid ita? quam ob rem? quo pacto? quid cause? quid obstat. quo minus potueris?

Domi me esse oportet. For.

Aug. Tum quidem mihi domi manendum est. Ut domi nocte sim necesse est. Tum certe foris esse non licebit. Cras quoq; mihi ire foras liberum non erit. A prandio abesse mihi integrum non erit. Aliquot ipse conuiuas eo die operior. Aliquot amiculi constituere ea nocte domi nostre cenare. Ipsi mihi conuiue sunt ea nocte tractandi. alioquin lubens venirem. ni id esset: haud grauatim facerem. quod ni esset: haud me tibi difficilem preberem.

Chri. Uel perendie apud me sis oportet. Saltem perendino die ad cenam venias necesse est.

¶ Nõ possum promittere. Fo.

Aug. Non possum polliceri. Affirmare istud tibi nõ possum. Promittere certo nequeo. Veniam vbi vtriq; nostrũ videbitur cõmodissimum.

¶ Diem dicere debes. Fo.

Chri. Diem igitur mihi cõstituas volo: ad quẽ mecum sis cenaturus. Diem igitur assignes oportet. Diem igitur promittas: necesse est.

¶ Nolo te prescire. Fo.

Augu. Prescium te esse nolim. Prescire te nolo. De improuiso te opprimã. Inopinato te opprimam. Te nec opinantem oppressero. Te nihil suspicantem oppressurus sum. Non expectatus adfuero. Adoriar te nec opinantem.

¶ Prescire volo. Foe.

Chri. Biduũ prescire volo. Biduum prescius esse cupio. Premoneto biduo priusq; venias. Fac me biduo ante certiorem.

¶ Tuo malo optas hoc. Foe.

Aug. Equidẽ tuo detrimẽto. Tuopte quidẽ malo. In damnũ tuũ istud optas. Incõmodo istud pcaris tuo.

Christianus. Quid ita? Quãobrem.

Aug. Ego instructus accedã. Ego munitus beniã. Aggrediar te paratus. Instructus multa fame accedam. Tu vide vt vulturẽ expleueris. Parabo vẽtrẽ ac dẽtes eracuã. Tu vide quib⁹ modis lupũ eratures

Chri. Age ad hoc certamẽ te ꝓuoco. Age fac pro viribus. pro viribi. si quid potes maxime.

¶ Ea lege promitto. Foe.

Aug. Veniam quidē: at hac lege/vt tu postridie vicis lim apud me cenes. Faciam eo quidē pacto: vt tu dein de mihi quoq; lis cōuiua. Ea lege cenā condico: vt tu rursum mihi lis conuiua. Spōdeo futurum. Recipio tibi facturum me. Do fidem futurum his quidem le gibus: vt tu mecū postridie p;andeas.

Chri. Age fiat. Esto. Sit ita vt vis. Si tubes faciam. Noui Gallorū magnificentiam. non vis gratis apud me cenare: nisi vices retuleris. Ceterū ego te detineo alio fortasse iturum.

Aug. Imo ego te spinor. Sed cras latius & familiari us confabulabimur. Verū crastino die plura nugabi mur. Interim fac valeas. Interim fac bene valeas.

¶ Quo is. For.

Chri. Quo tu nūc abis? Quo tu nūc ;peras? Quo tu tā celeri gradu tendis? Quonā te confers?

¶ Eo domū. For.

Auguſti. Domum me recipio. Domum reuertor. Domum repeto. Domum me confero. Viso quid do mi fagatur. Accerso medicum. Rus hinc concedo.

Constitui ad hanc horã cum viro quodã grauissimo colloqui. Statui hac hora verba facere cum viro grauissimo. Chri. Quonam?

Augu. Curione multiloquo.

Christ. Quanam iturus es? Quahis?

Aug. Hac ad sinistrã. hac. illac/per forũ.

Chri. Comitabor igitur te. Assectabor ac deducã te? ad diuerticulum vsq;.

Aug. Hic te superis cõmẽdo. Nolo te lõgius comitẽ. Ulterius nolo me comiteris.

¶ Cõmendandi. For.

Christ. Tu me Curioni magnopere commendato. Fac me curioni multiloquo q̃ cõmẽdatiss. Facias me Curioni cõmẽdatũ q̃ diligẽtiss. curato. Jube vt me sibi cõmendatiss. habeat. Ego me illi per te ꝯmendatũ facio. Me tibi etiã atq; etiã commẽdo. Me tue humanitati q̃ possum diligentiss. commẽdo. Recõmẽdo aulicis pro vrbanitate rustica relinquito. Vide ne pauca cum multiloquo loquaris.

¶ Obsequij. For.

Augu. Uis me tibi morem gerere: Uis me tibi obsequi: Uis tibi obsecundē: Te igitur imitari me iubes: Quandoquidē ita vis: faciam libentissime. Sed priusq; abeas queso te/ ne graueris me docere: quo pacto est his (in culpa. in mora. in causa) vtendum. Optimo tibi obseruatum apud autores/ quibus modis soliti sint his vti. Christianus Quin tu potius id aperi qui soleas elegātie studiolissim⁹ esse. Quare age doce obsecro. Dissere amabo.

In culpa In causa. In mora.

Augusti. Mos gerendus est tibi. Non est culpa i me. Non est culpa in te. Mora est in te. in te causa est grā matice quidem dicitur at multo elegantius.

¶ In culpa.

Non sum in culpa. Culpa non est mea. Uaco culpa. Quod nihil proficis: tua desidia in causa fuit. nō precepto⁹. nō pater tuus. In culpa omnes estis. Utriq; in culpa estis. Utriq; culpandi estis. Ambo accusandi estis. Ambo in culpa estis. Incidisti in morbū tuo ipsius vitio. ¶ In causa.

Quo minus ad te scripserim: morbus in causa fuit. Quod rarius ad te scripserim/mea negocia in causa fuerũt: nõ negligentia. Quid in causa fuit? Quid causæ fuit? Ego non sum in causa. Nõ mihi ullas a me litteras acceperis: tabellarius in causa fuit. Nõ tã macilentus es: amor/nõ studiũ in causa est. Hoc est ĩ causa

¶ In mora.

Non ero vobis in mora. Quidnam vobis in mora fuit? Tu nobis in mora fuisti. Tu semper in mora es. Quid te remoratũ est? Quis te remoratus est? Habes quod petebas: tuum est memorie insculpere. Vale mi Christiane. Christia. Vale in crastinũ: & tu mi Augustine. Salue multum iucundissime Augustine. Augustinus. Salue tantundem mi humanissime Christiane. Felix sit tibi huius diei exortus. Prosper sit tibi hic dies. Quid tandem agitur? Christi. Suauiter: vt nunc res nostræ sunt. Et cupio omnia q̃ vis. Augu. Merito te amo. Amo te. Amandus es. Benigne dicis. Habeo gratiam.

¶ Iracor tibi. For.

Chri. At ego non nihil tibi succēseo. At ego tibi fabricasco. Uerum ego tibi sum subiratus. Atqui ego suz in te stomachosioz. Atqui nō nihil est: vel hābeo/ quod tibi succenseam.

Qua causa. Foz.

Aug. Quidnam est istud obsecro: Quid ita: Quam ob rē tandem oro: Quid admisi sceleris: qd cōmerui: Demereoz bona/ aut laudē. cōmereoz mala/ aut crucem dicitur. illud in bonā: hoc in malā partē sumitur.

Quia non curas me. Foz.

Chri. Quod nulla mei tibi cura sit. Quod nihil nos respicis. Quod tā raro nos reuisas. Quod nihil nos cures. Quod me plane negligis. Quod nostri curam videris abiecisse.

Respon.

Augu. At nihil est cause cur succēseas. At pꝛeter meritum meum. Ac immerito succenses. Neqꝫ enī mea culpa accidit: quod te rarius visam: Da veniam occupationibus meis: per quas mihi nō licet toties quoties cupio te reuisere.

Christianus. Ira demum tibi ignoscam: si hodie apud me cenes. Ea conditione purgatus mihi eris: si vespere ad cenam venias.

Aug. Haud iniquas pacis leges prescribis Christiane: quare haud inuitus faciam. Equidem faciam volens. Istud quidem fecero perlibenter. Nihil hac re fecero libentius. Animo faciam lubenti.

Chri. Laudo tuam facilitatem: et in hac re, et in ceteris omnibus.

Aug. Sic soleo amicis obsequi: presertim non iniqua petentibus. Ridiculum: an tu me recusaturũ putabas oblatum, quod vltro etiã erat rogandum?

¶ Ne fefelleris me. Forma.

Chri. Age: at caue ne me deluseris. Caue fallas. Caue spem frustra foueam. Caue luseris expectantem.

Augu. Nihil opus iureiurando. In ceteris, in aliis time perfidiam, hac in re non fallam. Sed heus tu: caue quicquã paraueris preter cotidiana, mea causa dies festos nolo. Scis me cõuiuam minime edacem, bibacem multo minus. Nosti enim me conuiuam nõ

multi cibi: sed soci plurimi.

Chri. Curabitur diligenter. Ego te pythagorica cena excipiam. aut fortasse frugalione.

Augu. Immo diogenica: si me delectare voles.

Christi. Placet. fiat vt mones. Tu vide omnes curas tuas: ac rugas etiam istas domi relinquas. Huc preter nugas: et risum nihil afferas. Et (vt inquit Iuuenalis) Protinus ante meū quicqd dolet exue limen.

Augu. Quid: litteras mecum venire non vis: Musas meas mecū adducam: nisi quid aliter censes.

Christia. Tetricas musas vna cum negocijs domi claudas. Blandas camenas omnes. deinde sales tuos. dicteria. scommata. facetias. lepores. ridicula omnia tecum adducito.

Aug. Ita fiet. Expurigemus frontē. Bellos homūculos agemus. Ridebimus affatim. Curabimus cutem. Indulgebimus genio. Genialiter cenabimus. Epicureos agemus.

Bonū vultum faciemus: et erimus boni socij. fratrū elegantie sunt/qui suam habēt linguā sibi peculiarē.

Chri. Quo nũc properas? Aug. Ad generũ meum.

Christi. Quid illuc, quid eo, quid illo?

Augu. Audio: ne scio quid turbe inter eos natum/vt redigam eos in gratiam. vt reducam in concordiam. pacem inter eos componam.

Chri. Benigne facis: q̃q̃ nihil te opus esse arbitror. Nã ipsi inter se melius hoc bellum composuerint.

Aug. Fortasse et inducie indicte sunt. Noctu de pacis legibus agetur. Sed nunquid aliud me vis?

Chri. Uocabo te per puerum meum.

Augu. Ubi voles domi ero. Bene vale. bene sit tibi.

Chri. Fac hic ad quintam horam adsis. Heus Petre accerse ad cenam Augustinũ Barrettum: qui mihi hodie (vt scis) cenam condixit.

Puer Petrus. Eo. Salue poeta. Cena iamdudũ parata est: te herus expectat domi. vbi voles accedas.

Aug. Uenio. Salue mi christiane. Chri. Bũ factũ qũ venisti. Gaudeo te aduenisse. Gratulor aduentui tuo. Nondũ quinta sonuit credo. Puer. Immo iamdudũ preterita est. Haud longe sexta abest. Instat ho-

ra sexta. Hor sextam audies.

August. Parui refert: an post quintam venerim nec ne. modo ne post cenam. Nam post festum venire miserum est. At quorsum tot apparatus: Quorsum tot epule: Num me lupum existimas: Num tibi lupus videor: Num me vulturē putas: Haud ita conuenerat. Lōge aliter pollicitus es.

Chri. Age inepte: nec ipse conuenta seruas. Cōuenerat enī: ne quid preter nugas inferres. Quin hec missa faciamus. Lauemus: ac discūbamus. Heus tu ganeo ministra aquā: qd cessas: Laua Augustine.

Augustinus. Laua prior. Chri. Hoc anno perpetuo illotus cenare mallem.

Augu. Ridiculum. non honoratiori: sed turpiori ante alios lauandum est. laua igitur vt immundior.

Christi. Tu es vrbanus plus satis. Es vrbanior/q̄ sat sit/q̄ par est. Quorsum attinet ista vrbanitas: Interim cena corrumpitur.

Augusti. Viuamus nunc: ac cutem laute curemus. Simus nūc Epicurei. Nihil nobis cū frōte Stoica.

Ualeant cure. Chri. Quinam sunt isti Stoici atq; Epicurei Augustine?

Stoici atq; Epicurei qui.

Aug. Stoici philosophorũ quoddam genus est triste.seuerum. ieiunum: qui hominis summum bonũ honesto nescio quo/metiuntur. Epicurei his longe diuersi felicitatẽ hominis voluptate terminant.

Chri. Tu igit̃ cuias es tandẽ. Stoic⁹ an epicure⁹?

Aug. Xenonem laudo: at Epicurum viuo.

Chri. Quod tu ioco dicis Augustine: id serio factitãt hodie non pauci cucullati.

Aug. Immo isti vel a sotos superant luxu.

Consecratio cene.

Chri. Heus Dromo ades huc. Tuo munere fungere. consecra cenam.

Puer. Benedicite. Hospites. Dominus.

Puer. Quicquid appositum est et quicquid apponetur: felix ac sacrũ esse iubeat. qui sua benignitate pascit vniuersa. Amen.

Chri. Appone epulas. Quid cũctamur hũc capũ de

cerpere: quid trepidamus hunc gallum lacerare?

Aug. Ego Herculē prestabo: ac belluam hanc conficiam. Utrū mauis de ala: an de poplitibus?

Chri. Utrum vis: nihil mea refert.

Aug. In hoc genere: alis prime partes tribuuntur: in ceteris poplites lautiores putat vulgus.

Chri. Tu multum laboris mea causa capis. Tu per multū laborem mea causa sumis. Quid si ego vicissim tibi de his clunibus ministrem?

Augu. Non amo. Chri. At nihil lautius.

Aug. Tu igitur tuos clunes illis clunib⁹ pasce. Tibi igitur illas delicias habe. Chri. Tu omnib⁹ ministras: ipse nihil edis. Ego tibi hāc alam ministrabo at ea lege: vt dimidium mihi restituas.

Aug. Ita ne agitur? At istud est tibi ministrare: non mihi. Tibi seruia. Ego enī sum impudētior: & cui ministrari quicquam debeat.

Chri. Probe facis. Aug. Eho. tu lupo cibum ministras? Vulturem inuitas?

Chri. At pitissas: non cenas.

Aug. Immo me vno nihil edacius.

Chri. Immo mendacius nihil. Perinde agito: ac si domi sis tue. Aug. Istud iam plane mihi persuasi. istud iam in animum induxi. sic stat sententia. consilium est istud facere.

Chri. Quid tibi hoc vinum placet? Quid te hoc vini delectat? Augu. Mihi quidem perplacet. Me certe vehementer iuuat. Me satis delectat. Me non mediocriter iuuat.

Chri. Utrum mauis rubrum an candidum?

¶ Parui refert quo sit colore.

Aug. Equidē vtroq; iuxta delector. Nihil refert quo sit colore: modo sapor placeat. Non laboro quantum oculis placeat vinum: modo palatū iuuet. Nihil me mouet aspect⁹: si sapor placeat. Parui refert: quo sit colore, quem habeat colorem: si sapiat bene. Non conor oculos pascere: si palato satisfacere queat. modo palatum iuuare possit.

Chri. Credo: tamē iudicium tuum audire cupio: hominis his in rebus peritissimi.

¶ Judicium de vino rubro & albo.

Augu. Album nostrates rubro preferunt: q̄ album paulo sit acerbius/& alterum exilius quidem: sed illud mitius & (vt arbitror) salubrius.

Chri. Heus puer vbi cessas? Nos hic plane negligis nō vides quanta sit hec siccitas? quid si hoc rerum statu incendium contingeret: quo restingueremus? Da to singulis plenos cyathos. Augustine quid habes q̄ parum es hilaris? Quid accidit tibi/q̄ sedes tristior? Quid tibi est/q̄ minime gaudes? Aut doles: aut carmina condis.

Aug. Tu nūc Chrysippū agis. Melissa tibi opus est.

Chri. Quam hic mihi fabulam narrat?

Aug. Scio me surdo asello narrare fabulam. Nihil enim intelligis: qđ studio. ex industria. de industria interdū facio: ne tibi placere incipias. Sed q̄ tristior tibi video? nihil est. Omnia recte/benignitate diuina: atq̄ opera tua. Sed cur natura paulo taciturnior sim nō est opus expresso. Scis opinor: quid sibi velit.

Chri. Memini. Recte admones: liberalius bibēdum.

Rem attigisti. For.

Aug. Rem acu tetigisti. Recte iudicas. Scopũ attigisti. Nã fecundi calices quẽ nõ fecere diserti:

Chri. Perdocte tu quidem Augustine: vt omnia. Sed quoniam in sermonem vinarium. in mentionem incidimus vinorum. libet interrogare: quonã cõsilio veteres illi Bacchum: quem vini autorem videri volebant/poetarum deum dixerint.

Aug. Quæstio (ita me Bacchꝰ amet) poculis digna. verũ quorsum tue questiones spectẽt/saris intelligo.

Chri. Quorsum amabo?

Augu. Astute de vino disputationem iniicis Gallica astutia/quã didicisse Parrhisijs te suspicor. Abi: virum te iudico. nõ frustra in tanta schola versatus es.

Christ. Accipio tua dicta: referam paria scommata/vbi erit commodum. Sed ad rem.

Augu. Dissoluã vbi bibero. Siquidẽ absurdũ fuerit sicco palato de questione vinosa disputare. Prebibo tibi Christiane. Propino tibi hunc cyphum dimidiatum. Christianꝰ. Accipio abs te libẽter. Sit sa-

luti. Prosit. Aug. Jam accingor: vt missum facias. Ego meo more prepostere faciaz. qđ Baccho puericie effigiem tribuerint/id habet mysterij: qđ vinum potū curas/et sollicitudines animis nostris eximit: hilaritatemqz quandam inducit. Quare senib⁹ quoqz ipis iuuentam quandam reddere videtur: dum et hilariores facit et formosiores. Id quod Horatius cum multis in locis: tum precipue his versib⁹ aperte testatur.

Ad mare cum veni: generosum et lene requiro.
Quod curas abigat/quod cum spe diuite manet.
In venas: animūqz meum: quod verba ministret.
Quod me Lucane iuuenem cōmendet amice.

Nam quod huic poetas dicarunt deo/id significatum voluisse suspicor: q vinum et ingenium excitat/et facūdiam ministrat. que duo poete sunt aptissima. Habes quod querebas.

Chri. Nihil vnq̄ audiui verisimili⁹ dici ab homine poeta. dignus es qui bibas gemma. Heus puer tolle hanc patinam: atqz appone cetera.

Augu. Puerum habes admodum inurbanum.

Chri. Est veteratorꝛ nequissimus.

Aug. Cur non instituis alio pacto?

Christ. Difficile est canem vetulum lorꝛis assuescere. Difficillimum est veteratorꝛis mutare morꝛes. Vetulus canis non facile assuescit lorꝛo.

¶ Si cognoscerem quid te oblectet, tibi seruirem. Forꝛ.

Aug. Decerperem tibi quippiam, si palatum tuum tenerem. Ministrarem tibi, si gula tua mihi satis cognita esset. Apponerẽ tibi, si quid potissimũ iuuaret: scirem. Equidẽ tãtundẽ palato sepe quantũ aio sapio

Chri. Palatum habes eruditissimum. Nihil tuo palato doctius: eo te quoqꝫ miseriorꝛem puto. De cuius singulari peritia testatur Satyricus.

Ostrea callebat primo deprendere morsu.
Et semel aspecti dicebat littus echini.

Augustin⁹. Et tu mihi Christiane (vt par pari referam) ipsum audiuisse Epycurũ: aut in schola Catiana institutus videris. Quid enim tua gula aut sapientius aut fastidiosius.

Chri. Si oratoriam eque artem/vt culinariã callerẽ nec Cicero ipse me vinceret. Equidẽ si alterutra carẽdum esset: culinariam/q̃ rhetoricam mallem.

Augu. Non stolide eam partem selegisti: grauiter. acute. vereq; iudicas. Quid enim Oratorũ confert loquacitas: nisi q̃ aures ociosas inani voluptate demulcet. Culinaria tum palatum/tum ventrem/tum totum hominem (quantus est) pascit: ac reficit. Concedat laurea lingue (inquit Cicero) at vtraq; cõcedat culine. Nunq̃ mihi Stoici illi magnopere placuerunt: qui omnia ad suum: nescio quod honestum referẽtes. cutis ac palati nullam rationem habẽdam putãt. Dici non potest quanto Diogene sapientior Aristippus mihi fuisse videtur. Ego Stoicos cum suis ieiunijs contemno. Epicurum magis laudo ac probo/q̃ Diogenem illum Cynicum: qui oleribus incoctis/ac simplici aqua victitabat. Quare nihil miror: si Alexander rex fortunatissim⁹ se Alexandrũ/q̃ Diogenẽ esse maluit. Nec ego sane homũcio cum Diogene me-

cam philosophiam

commutarem: fortassis et Catius tuus facere recusaret. Melius nostri temporis Theologi sentiunt: q̃ contenti Stoicorum more disputare: viuendo ipsum etiam Epicurum vincũt. At ego quidẽ rem ĩ primis præclaram philosophiam puto. Nimium philosophari nõ laudo. Est enim res pernitieiuna / sterilis atq; tristis. Vbi in calamitatem aut egritudinem incidi: tum demum ad philosophiam tanq̃ medicã cõfugio. Vbi cõualui: rursum illi vale renuncio.

Chri. Tuam rationem probo. Te laudo. Quid tandem habes Erasme: q̃ parũ sis hilaris: An mihi succẽses / q̃ te frugaliore cena excepcrim:

Eras. Immo iam tibi sum iratus / q̃ tantum impẽdij mea causa sit factum. Interminat⁹ erat Augustinus: ne sua causa dies festos faceres. vis nos posthac redire nunq̃. Nã talem cenã dare solent ij / qui vnam duntaxat dare constituissent. Quos tandem cõuiuas videris accepisse: Non amiculis: sed satrapis cenam parasse videris. An nos vultures credis:

Christi. Etiam tu pergis esse Demea. Cras vt lubet

disputa: hodie Mitionē te prebeas oro. De impendio cras sobrij disputabim⁹. nūc nil nisi meras nugas audire libet. Aug. Christiane vtrum de bubulis an de ouillis carnibus mauis?

Chri. Bubulis quidē magis delector / at ouillas magis salutares arbitror. Ita ingeniū est hominum / vt pernicioſissima quęq; appetant vehemētissime.

Augu. Galli suillas carnes mirū in modum amant.

Chri. Galli amāt que paruo constāt. Aug. In hoc vno iudeus suz. Mā nihil eque odi / atq; carnes suillas

Chri. Nec iniuria. Quid enim insalubrius? Ego in hoc non cum Gallis / sed cum iudeis sentio.

Eras. At ego ouillas pariter amo / & suillas: sed diuersa ratione. Nam ouillis quod amem: libenter vescor. Suillas pre amore non tango: ne quid offendam.

Chri. Bellus homo es Erasme ac festiuus. Equidē mirari mecū sepe soleo: vnde tanta in palatis humanis diuersitas. Nam vt Horatiano carmine vtar.

Tres mihi conuiue prope dissentire videntur.
Poscentes vario multum diuersa palato.

Quanq̃ (vt ait Comicus) quot homines/tot sentẽtie et suus cuiq̃ mos. Tamẽ nemo me adduxerit: vt credam plus ingenio inesse varietatis/ q̃ palato.

Eras. Ita vix duos reperias/quos eadẽ iuuent. Permultos vidi: qui butyri accalei me olfactum quidem ferrent. Sunt quibus carnes nausee sint. Alius elixis/alius assis abstinet. Multi aquã vino preferũt. Et (quod incredibile est) vidi hominem/qui nec pane nec vino vteretur.

Aug. Et quibus tandẽ miser ille victitabat? quibus vescebatur. Eras. Ceterorũ nihil fastidiebat/nõ carnes. non pisces. non olera. non poma.

Aug. Vis vt istud tibi credam.

Eras. Si lubet. Aug. Credo. at calege: vt vicissim mihi mentienti fidem sis habiturus.

Eras. Age faciam: modo verecunde mentiaris.

Aug. Quasi vero sit quicq̃ tuo cõmento impudẽti⁹.

Eras. Quendam in Italia: cum illic agerẽ videre memini: qui nullo neq; cibo: neq; potu adiutus/ somno saginabatur.

Augusti. Ut nihil pudet. Non possum illud Satyrici cum non dicere.

Tunc immensa caui spirant mendacia folles.

Tu poetaris. Tu nunc poetam agis. Nam mentiris dicere: mihi religio est. Mentiris dicere: religione prohibemur.

Eras. Mentiar: si nō Plinius autor certissimus scripsit vsum xiiij. dies solo somno mirū in modū sagina ri: quo tamen ita alte premitur / vt ne vulneribꝰ quidem queat excitari. Immo quo magis mireris: addā quod Theophrastus scribit. per id tempus vrsorū carnes coctas quoqꝫ: si asseruentur / reuiuiscere.

Augustinus. Vereor ne Parmeno ille Terentianꝰ ista non contineat.

Christia. Mihi facile fidem facis. Ministrarem tibi de ceruinis carnibus / si satis essem vrbanus.

Eras. Unde tibi nunc venatio?

Christi. Midas hominum omnium qui viuunt liberalissimus nostriqꝫ amantissimus / mihi misit. Idem suo more nudiustertius hunc ceruum venatus est.

Quid tu/qui soleas istius studij esse amantissimus?

Eras. Equidem hoc studio plane relicto: iam præter litteras nihil veror.

Augu. At mihi videntur quouis cerno fugaciores. Duobus tamen potissimum canibus assequimur: admiratione scilicet/atq; improbitate laboris. Nam et admirari plurimum discendi ardorem ministrat: & vt facundissimus poeta scripsit. Labor improbus omnia vincit.

Eras. Amãter admones Augustine/vt soles: propterea non desistam. non quiescam. non defatigabor donec consequar.

Chri. Carnes ceruine sunt nũc admodũ tempestiue. Meminit Plinius de hoc animãte quiddam admirabile. Augu. Quidnam obsecro?

Christi. Quoties arrexere aures. acerrimi esse auditus. at contra cum remisere. surdos.

Augustinus. Istud ipsum persepe numero euenit. Nam si quando mihi fiat sermo de dandis mihi aureis. nihil tam auritum. Hic enim cum Pamphilo illo

Terētiano aures arrigo: vbi de recipiendis a me verba fiunt: illic remitto.

Chri. Laudo te. Facis vt te decet.

Aug. Vis de his leporinis clunibus?

Chri. Tibi sumito. Augu. An de tergo mauis? Hoc animal preter ilia & clunes: nihil habet appetendū.

Christia. Vidisti ne vnq̄ leporem candidum?

Augu. Sepe numero Plinius in alpibus candidos reperiri scribit: quibus hybernis mensibus niuem p cibatu esse sit creditum. An verum sit Plinius ipe viderit. Quod si leporis cutem cādidam reddit nix. stomachum habeat candidum necesse est.

Chri. Mihi verisimile non sit. Aug. Accipe magis admirandum: at forte tibi non inauditum. Idem vtranq̄ vim singulis inesse testatur maris & femine: ac femellas sine mare eque gignere. Istū ipsum multi alleuerant: presertim venandi studiosi.

Chri. Est ita vt dicis. Sed hos cuniculos (si placet) tentem?: quia pinguiusculi sunt ac tenelli. Ministrarem illi nymphe: si propius assiderem. Austustine isti

us tibi vicine curam age/ si libet. calles enim quo gestu sit ministrandum istis veneribus.

Aug. Teneo quid dicas salute. quid te anserine carnes delectant? Me quidem non mediocriter iuuãt: vt sum minime fastidiosus. At hic anser: nescio quo pacto nihil me iuuat. Nihil enĩ in vita vidi siccius. Siccior est pumice, aut etiam querca Furii illius: ĩ quẽ Catullus multum iocatur. Ligneus mihi videtur. Et mehercule (quantũ suspicor) veteranus miles immodicis excubijs sese macerauit. Vidit enim anserem inter omnia animalia longe esse vigilantissimũ. Et profecto (nisi cõiecturas fallor) hunc anserẽ ex eorũ numero fuisse suspicor: qui canibus vna cum excubitoribꝰ somno sopitis/ Romanum olim Capitolium defenderunt. Chri. Verisimile (ita me deꝰ amet) dicis. nã ex eo seculo relictum arbitror.

Aug. Hec quotĩs gallina aut parcũ saginatorẽ habuit/ aut amauit/ aut certe zelotypa vixit: quo quidem morbo hoc animantis genus maxime laborat. Hic capus longe melius pinguit. Vide cute quid faciant.

Quod si ex Theodorico nostro gallo faceremus capi multo citius pinguesceret.

Theodoricus. Non sum gallus.

Cenigma de gallo.

Augu. Fateor non es gallus Cybeles / neq; gallus gallinaceus. At forte gallus gallaceus.

Theo. Quid hoc verbi est? Aug. Hoc enigma tibi conjectandum relinquo. Ego Sphingen præbui / tu Œdippus esto.

Chri. Dic mihi bona fide Augustine / nulla tibi cum gallis vnq; necessitudo fuit? Nihil ne affinitatis tibi cū gallis contraxisti? Nullum fuit cōmercium?

Aug. Nihil. Nihil sane.

Chri. Cāto es nequior. Libet ne de iecore anserino? qđ apud veteres in deliciis cum primis habebatur.

Aug. Liberalis es. benignus es Christiane.

Chri. Has perdices nemo attingit: ne columbos quidem. Cras est dies ieiunij ab ecclesia indictus: aduersus hanc esuriem munite vos. Agite hospites humanissimi. queso vt cenulā nostrā (q; tenuē) equi boniq;

consulatis. Prebete vos hilares ac lubentes: quāq̄ cō uiuium tenue sit et frugale. ego vestra facilitate fret⁹ familiariter vos vocare suꝫ ausus. Et est sane vester mihi aduētus conspectusq̄ nō modo gratissimus: verum etiam iucundissimus.

¶ De conuiuio opiparo et poetico.

Aug. Cena tua Christiane optime. multis modis elegans lautaq̄ nobis videtur: quod excusas id vnū habetur excusandum: quod magnificentior sit / q̄ sat est. Nam hoc conuiuium opiparū in primis / ac lautum iudicarim: quod primū simplicibus epulis: deinde liberalitate. risu. iocis. salibus sit cōditū: que om̄ia nostro conuiuio non defuerunt. Verum conuiuarum de numero / hic mihi quiddam in mentem venit: quos neq̄ pauciores tribus / neq̄ plures nouem esse oportere scripsit Varro. Tres enim sūt charites. id est Gratie: humanitatis ac beuiuolētie presides: ꝛ nouē sunt muse honestiorum studiorum duces. At hic decem cōuiuas esse video: virginibus exceptis. Nihil conuenientius accidere potuit. Nos sum⁹ Varrone ipso pau

lo sapientiores. Nam tres puellas lepidissimas/ tãq; tres Charites adhibuimus. Deinde q; a nouem Musarum choro Apollo abesse nunq; credendus est: iure decimum adiecimus conuiuam.

Christ. Poctice dixisti. Si mihi laurus adesset/ laurea corona caput tuum cingerem.

Aug. Laudo te. probo te. Non improbandus es.

Chri. Vultis ne hospites singuli tantundē meā causa facere/ quantum vestra sum facturus?

Hospites. Volumus: ac libentes quidem.

Christ. Ebibetis igitur ordine suum quisq; calicem. A me exēplū capietis. Tibi hoc primū ppino Mida.

Midas. Accipio a te libēter. Pro quo vulgus prestolor dicit. Equidē nō recuso. Nihil tua causa recusabo.

Chri. Tu deinceps ceteris propina.

Midas. Erasme prebibo tibi dimidiatū cyphum.

Eras. Precor vt sit tibi bono. Sit tibi bonū/ atq; commodū. Prosit tibi. Proficiat durius dicitur.

Puer. Erasme salue. quidam pro coribus te conuentum expetit. Chri. Quisnam est?

Puer. Mox famulum se dicit: herum eius ex Brita
nia aduenisse, cupere vt se visat Erasmus. quãdoqui
dem prima luce iter parat in germaniam.

Eras. Christiane subducatur ratio. Nam mihi qui
dem abeundum. Chri. Rationẽ Erasme doctissime
huius cene ego confecero. Non est quod calculum fru
stra teras (gratiam habeo) qui dignatus sis nostro ad
esse conuiuio.

Eras. Ego pariter tibi gratias ago, q̃ pro tua hu
manitate ad hoc conuiuium longe suauissimũ me vo
catis. Valete sodales optimi.

Chri. Heus domo: Sedetis iamdudũ ocioli omneis
Libet ne cuiq̃ quicquam amplius.

Hospites. Nihil omnino. Strenue mun⁹ nostrum
administrauimus.

Christ. Tolle igitur hec, ac bellaria appone. Muta
quadrulas atq; orbes. Tolle cultrum meus quihumi
decidit. Pira vino perfunde. Adsunt mora precoqua
etiam domi nostre nata.

Hospites. Tanto erũt suauiora, quod vernacula.

Aug. En pruna cerea. en damascena: rarũ apud nos spectaculum. En mitia mala. En mali nouum genꝰ/ cuius matrem ego hisce manibus cõseui, Nuces castanee/omne delitiarũ (quas horti nostri benigne effũdunt) genus. Sed flosculi desunt.

Midas. Isti Gallici sunt apparatus/qui magnificẽtiam eam potissimũ amãt: que minimo cõstet. Nobis non est ea mens aut ingeniũ. Sed heus tu Augustine/nũ tu credis te hic immunẽ bibisse: Ego te meis immunem reddã poculis. at Christiano dimidiũ cyphi debes. Aug. Christianus iamdudũ me missum facit Chri. Ita fiet. Sed quorsuꝫ iste euasurus est hodie: Impendiũ reddas oportet/vnus noĩe omniũ. Ne verere: ꝑfacile poteris. Fac qđ sepe fecisti/ vt aliqua elegantia: doctiores a cena surgamus. Neqꝫ enĩ clam te est/vet eres illos in secundis mẽsis hilariora quedam disputare solitos. Age igitur. Quibꝰ modis hec oratio potest enũciari. Indignum auditu:

Indignũ auditu. For.

Augu. Dixti pulchre per posterius supinũ. Auditu

minime est dignū: Indignū est audiri. Haud dignū est q audiatur, Est vt audiatur indignū. Leuius est/ q quod audiri debeat. Uix operepretium est scribere Non tanti est/vt audiatur. Ineptius est/ q quod audiatur. Non est operepretium narrare.

Chri. Quot modis hec sententia verti potest? That costeth me moche labour/tyme/or money.

Variandi ratio hanc orationem multo mihi constat.

Augu. His verbis: impendo. insumo. impertio. constat. Ut: multum in te docendo insumpsi laboris. Plurimum in ea re opere insumpsi. Non minus pecunie q cure in eam rem impendi. Non parum insumpsi pecunie. temporis per multum. laboris plurimum. ingenij nonnihil. Multū lucubrationis impendi. Multis vigilijs hec res mihi constat. multo sudore. multa opera. plurimo labore. sumptu ingenti. pecunia magna. Pluris mihi constat/ q credis. Minoris mihi cōstat vxor/ q equus meus.

Christianus. At quid sibi vult Augustine/ q verbo

isti (constat) modo ablatiuum / modo genitiuum casum apponis?

Aug. Questionem plane perutilem / ac late patentē mouisti. verū ne quibus loquacitate mea prēmā paucissimis absoluam. Sed cupio singulorum hac de re audire sententiā: ne cuiq̄ (vt dixi) sim molestus.

Chri. Quid ni cupiant idem vel puelle?

Augu. Scis verba emendi ac vendendi / aliaq̄ esse consimili significatu: quibus apponantur hi genitiui soli / tanti / quanti / pluris / minoris / tantidem / quantiuis / quanticunq̄. At ita si substantiua non apponantur: que si accedant / vtraq̄ in ablatiuum casum vertuntur. Quod si precium certum apponatur / pones in ablatiuo. Si per adiectiuum / substantiuum in ablatiuo pones: nisi per aduerbium loqui malis.

Chri. Quenam verba sunt de quibus precipis?

¶ Emendi / estimandiq̄ verba.

August. Hec fere sunt. Emo / mercor / redimo aut captum aut peditum / vendo / venundo / reuendo / rursus vendo quod mihi venditum erat. Veneo. i. ven-

dor: in preterito veniui vel venij / in supino venum. Hinc venalis. Ab illo. i. vendo vendibilis manat. Mereo pro inseruio / et stipēdium facio. Comparo. i. emo vel committo / cōmuto / muto / permuto (to chaunge). Cambire penitus barbarum in hoc sensu. Estimo / taxo / indico / censeo (to prayse / or to set pryce). Liceor / eris. licitor / aris. anglice (to aske pryce of a thyng). Addico (to depute). Distrahor. i. circūferor vt veneā. Metior pro estimo aut taxo. anglice (to set pryce). Cōstat pro emitur. Cōducere (to hyre). Locare quandoq; est ad appensionem dare. Fenero ad fenus do. Feneror ad fenus accipio. Paciscor pactus sum. Pango pepigi pactum facio.

Christianus. Da exemplum.

¶ Uendendi et emendi. For.

Aug. Quanti istū agrum in singulos annos locas? Respondebimus. Uigenis francis. Hui nimio locas. Immo locaui olim multo pluris. At ego tanti non cōducam. Si cōduxeris minoris. pereā. Immo iam vicinus tuus Chremes agrū obtulit / ac rogat. Quāti?

Tantidem quantum tu petis. At multo meliorē. Mētiris. Facio vt solent/qui licentur. Tu ipse tanti posli de. Quid liceris vel licitaris cum nihil sis empturus: Quanticunq; addixeris/ soluam optima fide.

Christianus. Alterum exemplum.

Aug. Congrum istum Syra quanti vēdis: Decem obolis. Nimio turpissima. Immo minimo: nulla tibi vendet minoris. Moriar si non tanti mihi cōstet: aut certe nō multo minoris. Mētiris benefica: quoniam duplo bis vendere/ aut triplo. Et centuplo si queam/ at fatuos non inuenio. Quid si liciter teipsam. Quāti estimas te: Vt lubet: quanti me liceris: Quanti estimas te: Dic quanti te taxas: Decem scutatis. Hui tā ti: Eho: an tu minoris me estimas: Ego olim nō semel pluris vna nocte sum conducta. Credo. at nūc nō paulo minoris estimo/ q̄ piscem. Abi in malam rem ganeo: tantidem te estimo/ quanti tu me. Qui te tetigerit/ nimio emerit. Aut pluris emar/ aut non vendar. Si magno venire cupis/ larua tibi opus est. nam ruge iste non sinunt/ vt charius vendaris.

Ei qui tanti me nolit/nõ sum venalis. Ego ne culmo quidem te emero. Constiti pluris.

Chri. Tertium exemplum.

Aug. Auctioni hodierne interfui. Ain tu? Licitatus sum vectigalia. Quanti tandem? Decẽ millibus. Hui tanti? Ne mireris: erãt qui multo pluris licerentur/ pauci qui minoris. Cui tandem addicta sunt vectigalia? Chremeti vicini tui summo et maximo amico. Sed diuina quanti sunt addicta. Decẽ? immo quindecim deus bone. Ego mihi hominẽ ipsum cũ tota familia dimidio addictum nolim. At ille vicinem tuã duplo emptã cupit. Aduertisti ne in his orationib⁹: vbi cunq; adsit substantiuum precij/ id in ablatiuo poni: ceteris aut in genitiuo positis/aut in aduerbiũ mutatis? Cõparatiuũ nunq; audisti sine substantiuis: exceptis illis duobus/pluris et minoris. Verum vbi has Erasmi tui elegãtias leges/rectius intelliges. ille enĩ hunc nodũ explicuit luculẽtissime. Sunt et alia verba his (de quibus iamus locuti) nõ admodũ dissimilia. Sum/facio/habeo/duco/estimo/pendo: que idẽ

fere significant: fio itidem. Iũgũtur aũt his fere genitiuis multi/parui/magni/pluris/plurimi/minoris/minimi/maximi/tãti/q̃ti/flocci/pili/nihili/nauci & si qua sunt his similia. Chri. Da exempla.

Estimandi. For.

Aug. Scis quãti te semper fecerim? Tãti fies apud hoĩes/quãti virtutẽ facies. Preceptores meos semp feci plurimi. Aurũ hac tẽpestate magni penditur. littere nihili ducũtur. Aurum minoris habeo q̃ credas. Tuas minas flocci facio. Promissa tua duco minimi Non pili te facio. Si tanti sapientia penderetur/quãti pecunia: nemo auro egeret. Pluris apud nos fit aurum sine sapientia/q̃ sapientia sine auro. Hoc pluris te habeo/q̃ doctus sis. Minoris hic fies/q̃ mentiri minime calleas. Hi multi fiunt/qui nigrum in candidum vertunt. Hoc mihi pluris es/q̃ litteras amas. Tanti apud omnes eris/quantum possidebis. Tanti vbiq; habeberis/quantum habebis. Nõ quanti habearis/sed quanti sis interest. Tanti Christianũ meum facio/quanti alium neminem. Inueniuntur et

alia verba cum his genitiuis & ablatiuis. Petrus osculum puelle scutato emit. Sit illi faustum. nolim ego basiare tanti. Quanti luditis? quanti cenastis? Quosdã sexcẽtis sestercijs cenasse legimus: at galli se penumero Liardo cenitant. Faustus quanti docet? Paruo. At pluris/ q̃ denis. Quanti igitur? Undeuiginti aureis. Non discam mentiri tãti. Phedria apud Terentium/ et rem & seipsum perdidit. At nolim ego amare tanti. Equi/ boniq; consulas oro (I praye take this aworthe). Est et aliud verborum genus que acusatiuum vna cũ genitiuo aut ablatiuo casum exigunt: que sunt accuso. id est obijcio crimen/ aut culpo etiam absentẽ. Incuso ĩculpo extra iudicium. Arguo reprehendo. Insimulo. impingo suspicionem culpe. Postulo/ in ius voco. Damno/ condemno/ pronuncio illum esse in culpa. Exempli causa.

¶ Accusandi. For.

Scipio accusatus est ambitus: aut de ambitu. Arguis me impudẽtie ipse impudẽtissimus. Lepid⁹ postu

latus est repetundarū. Si hominē insimulabis auaritie/male audies. Admoneto eū pristine fortune. Mortales ipso suo vocabulo sue conditionis admonentur. Sunt pleraq; que actū geminū admittāt. Doceo te litteras. Exorat te veniā. Dedocebo te istos mores. Poposcit me mutuū. Hic eius rei mihi admonendus es: quod secundū actū etiam passiua obtinent: in aliis genitiuus manet. A me doctus es litteras. Postulant me furti: postulor furti. Accusas me sacrilegij. accusor sacrilegij. Scio te nondū expletū. Scio animo tuo nondū esse satisfactū. Quando enī tantus helluo satiari neq̄s. Erasmi cōmentarios legito: qui si nequibunt explere te: nunq̄ expleberis. Sed cōuiuis parcēdum est/quos hec non oēs perinde delectant. Cenate inter deambulandū: id quod rationi deerit/persolues mus: nisi quid aliud censes.

Chri. Agamus deo gratias imortali: deinde paulisper deambulaturi.

Midas. Pulchre dicis. Nihil enī hoc vespertino celo amenius. nihil salubrius.

Chri. Petre adesdum. Tolle suo quecꝫ ordine: ac vi-
num cyphis infunde. Qui nos creauit. redemit. ac pa
uit. benedictus sit in eternum. Hospites. Amen.
Chri. Gratias agimus tibi omnipotens deus: qui p
tua largitate nos alis tuos famulos: miserere viuo-
rum/ pacemꝫ dones ecclesie tue: ac requiem in tuo re
gno animabus defunctorum largiaris eternam.
Hospites. Amen.
Chri. Habeo vobis hospites candidissimi gratiam/
qui ad hoc cõuiuiolum venire dignati sitis. Ora equi
honiꝫ consulatis.
Hospites. Nos vicissim gratias referre volumus nõ
tantum habere. Proinde ne multis agantur gratie.
Quin potius surgamus et expatiemur.
Aug. Ducamus nobiscum virgines: nam eo minus
molesta erit deambulatio.
Chri. Recte sentis. Utrũ mauis nostris i hortis mo
re poetico reptare/ an foris ad amnem expatiari?
Augusti. Habent quidem horti tui amenitatis per-
multum/ verum eam voluptatem matutinis deam-

bulationibus serua. At sole inclinato: amnium aspectus oculos mirum in modum iuuat.

Chri. Antecede igitur Augustine/ vt poeta dignũ est ego latus tuum claudam.

Augu. Bone deus quantum comitum/ quantã pompam nobiscum ducimus. Dici non potest Christiane quantũ mihi placeã. Satrapes mihi videor.

Chri. Age nũc ꝓmissum presta. Solue qđ recepisti.

Aug. Quid me potissimũ vis dicere?

Chri. Eho quondam in Erasmi oratione cum multa tum illud in primis solebã admirari ꝙ tam facile/ tã crebro/ tam venuste orationẽ verteret: que res nõ modo singularis ingenij/ verumetiam multi vsus mihi videtur.

Aug. Haud iniuria istud in Erasmo admiratus es Christiane. Ille enim tum hac in re diuinã quandam vim obtinet/ quam quidem illi cum ingenij dexteritate quadam: tum plurimo/ et dicendi/ ⁊ legendi et scribẽdi vsu contigisse (opinor) potius ꝙ̃ ratione aliqua aut preceptione.

Chri. At ego rationem aliquam istius rei si fieri põt expecto. Augu. Ita vt dixi/res habet. Verum quia te tantopere video velle: quoad potero morem geram easq; ratiunculas/quas in Erasmi orationibus mihi visus sum animaduertere vt potero/reddam.

Chri. Age percupio.

CVRIVS DE COPIA preceptio.

Augustin⁹. Accingor. Principio res ipsa puris/electis/ac latinis verbis efferenda est: quod ipsum posse non mediocris artificis est. Sunt enim permulti: qui (nescio quo modo) copiã et varietatem orationis affectant: quum ne semel quidẽ rem possint apte explicare. Isti tanq̃ semel balbutisse sit parũ: balbutiem suã aliis atq; aliis modis reddunt balbiorem/tanq̃ ipi secum certamen susceperint: vt q̃ barbarissime dici possit/dicant. Itaq; inepti synonyma quedã congerunt adeo interdũ inter se dissidentia: vt ipsa mirẽtur/quo pacto conuenerint. Quid enim absurdius q̃ hominẽ

pannosum:cui nec vna quidē quā sine pudore possit induere sit vestis.eum tamen suos pānos mutare ac mendicitatē suam pro opibus ostētare: At nihilominus ridiculi videntur isti varietatis affectatores:qui quū barbare semel dixerint/repetunt idem multo barbarius:demum iterum atq; iterum indocti⁹. Hoc est non oratione/sed solecismis abundare. In primis igitur(vt dixi)res ipsa aptis atq; electis verbis est explicanda. Deinde mutatorijs verbis vtēdum: si que idē efficiant/reperiantur. Reperiuntur enim permulta. Demū vbi propria deficient translaticijs erit vtendū si modo verecūda sit translatio. Ea quoq; vbi deerunt si per actiua dixisti/ad passiua reuertendum erit:que nobis totidem orationes reddūt quot ex actiuis cōstabant. Postea verba(si licebit)aut in nomina verbalia aut in participia commutabimus. Postremo:vbi modo aduerbia ī nomina/modo noīa in alias atq; alias partes cōmutauerimus: per cōtrariū dicemus: aut affirmatiuā orationē in negatiuā cōmutemus/aut retrorsum:aut certe quod pronunciatiue dictum per in

terrogationem efferamus. Nunc exempli causa hanc sententiam sumamus.

Littere tue magnopere me delectarunt.

Littere tue.

Epistola. epistolium. scripta. schede. littere.

Magnopere.

Mirum in modū. miris modis. maiorem in modum. supra modū. plurimum. non mediocriter. summopere. maximopere.

Me.

Animum meum. pectus meum. oculos meos. cor meum. Erasmum.

Delectarunt.

Voluptate affecerunt. recreauerunt. exhilararūt. voluptati fuerūt. oblectarūt. voluptate perfuderūt. mel litissime fuerūt. iucundissime &c. Habes materiam tuum erit cōponere. Experiamur igitur. faciamꝰ periculum. Chri. Tue littere magnopere me delectarunt. Tua epistola mirifice nos exhilarauit.

Aug. Verte actiuū in passiuum: alia erit facies. Mi-

dici non possit/ q̃ tuis sim scriptis exhilaratus.

Item per alia verba idem efficientia.

Tuis ex litteris incredibilem cepi voluptatẽ. Exepistola celsitudinis tue plurimum voluptatis accepi.nõ mediocrem leticiam tua mihi scripta attulerũt. Gaudio tua me scripta(quantus eram)perfuderunt.Hic non ita liceret mutare in passiua:nisi ī illo postremo. perfusus gaudio/quod vsitate dicitur. Capiebatur a me voluptas.allatum est gaudium.non perinde vsitate dixeris.

Per afficio.

Singulari voluptate littere tue mẽ affecerunt.

Muta in passiuum.

Tuis scriptis incredibili sum affectus voluptate. Nõ parum gaudiorũ tuum nobis epistolium peperit.

Per sum et nomina adiectiua.

Tue mihi littere multis modis iucundissime fuerũt. Fuit tua illa epistola sane q̃ gratissima.

Per nomina substantiua.

Ineffabili voluptati tua nobis epla fuit. Incredibili

iucunditati fuerunt tue littere.

¶ Cõmuta in negationem.

Tua scripta non mediocri leticie fuere. Nihil in vita tuis litteris accidit iucundius. Quanq̃ hac ratione aliquoties iam vsi sumus/q̃ nõ est negligẽter pretereunda. Nam quoties multum/plurimũ/singulare significare volum⁹: per ꝙtrariũ verbũ idem efficiem⁹. Ut vehementer te amat Henricus. Haud vulgariter te amat. Multũ me iuuat vinũ. haud parũ iuuat. Est vir singulari ingenio. Est vir ingenio nõ vulgari. Est homo doctrina admiranda. Est homo nõ contẽnenda doctrina. Thomas est summo apud suos loco natus Non infimo loco natus. Augustinus eloquentissim⁹ fuit. Nõ ineloquẽs fuit. Carneades orator fuit nobilis. Non ignobilis. non obscurus. Et id genus similia/que nunq̃ nõ vsu veniunt. Sed admonuisse rem clarissimam satis est. Nec te lateat bifariã nos huiusmodi orationũ genere vti: modestie causa/presertim si de nobis ipsis loquamur. Tũ etiam amplificandi gratia. Nam nõ ingratũ/p valde grato. Nõ vulga-

citer/pro singulariter recte et venuste dicimus.

¶ Modestie causa.

Ego litteris meis nonnullã doctrine sum opinionem consequutus. Semper curaui/vt in litteraria gloria non postremas parteis tenerem. De amplificatione superiora sunt exempla. Nunc ad nostra reuertamur Nihil tua epistola vnq̃ euenit grati⁹. Nulla res maiori vnq̃ voluptati fuit/q̃ tua scripta. Nulla vnq̃ ex re tãtũdẽ cepi voluptatis/quãtũ ex tuis lr̃is amãtissimis. Hoc modo singule orationes superiores poterunt variari per interrogationem.

Quid tuis litteris in vita iucũdius esse potuit?

Quid epistola illa tua nobis euenit dulcius? Quid ita oblectauit vnq̃ vt proxime tue littere? Hoc modo rursus singulas fere orationes variari licebit. Chri. Quid deinde fiet? Aug. Jã paulo liberi⁹ totã orationem vertemus/vt vnã dictionẽ plurib⁹ verbis circũloquamur. Chri. Dic exempli causa.

Quod modo per nomẽ incredibile/modo p aduerbiũ incredibiliter dictũ erit. Vnã dictionẽ aliquot verbis

cõmutabimus. Litteris consequi nequeã: quantũ tu is litteris sim delectatus. Et mihi scriptu / et tibi creditu perdifficile fuerit: quãte iucũditati tua mihi scripta fuerunt. Explicare prorsum nequeo / q̃ sim tuis lr̃is gauisus Et itẽ in infinitũ. Rursum alio pacto. Nã hactenus ℈ per negationẽ / ℈ per interrogationẽ: postremo per infinitas orationes variauimus. Nũc ꝑ subiũctiuas siue conditionales variabim⁹ hoc mõ. Moriar si vnq̃ quicquã fuit tuis litteris aut optati⁹ aut dulcius. Peream / si vlla res maiori voluptati fuit / q̃ tue littere. Ita me deus amet: vt nihil in vita tuis litteris accidit iucundius. Et itẽ alia multa i hunc modũ excogitare licebit. Chri. Quid deinde? Aug. Nũc ad trãslationes / similitudines et exẽpla fugiendum est. ¶ Translatio est in his.

Accepi lr̃as tuas / q̃ mellite fuerũt. Nil nisi delitie tua mihi scripta videntur. Mera voluptas sunt tue littere. Et huiusmodi plurima. Sed cauẽdũ / ne obsoletis aut durioribus trãslationib⁹ vtamur: quale est illud. Iuppiter hybernas cana nive conspuit alpes. Et qua

le est illud. Cena tuorꝝ scriptorũ me suauissimis epu-
lis refecit. ¶ Comparatio a simili.

Tua scripta omni vel ambrosia vel nectare suauiora
fuere. Littere tue quouis melle mihi fuere dulciores.
Epl̃a humanitatis tue ⁊ siliquã omnẽ/ ⁊ mel atticũ et
saccarũ om̃e: nectar ambrosiamq; deorꝝ lõge supauit.
Hic quicq̃d dulcedine nobilitatũ est / in mediũ adduci
potest. Ab exemplo.

Nũq̃ adducar vt credam Hero Leandri sui lr̃as aut
maiore voluptate/ aut plurib⁹ osculis accepisse/ q̃ tu-
as accepi. Vix crediderim: aut Scipionẽ euersa Car-
thagine/ aut Paulũ Emiliũ (capto Perseo) magnifi-
centiorẽ egisse triumphũ/ q̃ ego: simul ac suauissima
tua scripta tuus mihi tabellari⁹ reddidit. Hmõi ex fa-
bulis/ tũ ex historijs infinita p̃nt ĩueniri. e physica ve-
ro sumũtur rerũ sil̃itudines/ quarũ q̃plurimarũ na-
turas memorit̃ tenere necesse est. Nunc si libet in alia
sn̄ia tẽtem⁹. ¶ Nunq̃ dũ viuã tui ero immemor.

Semp dũ viuã tui meminero. Quoad viuã nũq̃ me
tui capiet obliuio. Prius viuere desinã / q̃ tui memi-

Si vmbrã corp⁹ poterit effugere: & hic anim⁹ tui quibit obliuisci. Tui memoriã/ ne Letheas quidẽ amnis poterit abolere. ¶ Preterea p impossibile aut more Poetico per contraria.

Dum iuga montis aper/fluuios dum pisces amabit.

Ante leues ergo &c. que nõ est multi negocij excogitare. Verũ ne immodici videamur: hoc mõ tenti sim⁹. Alias si voles: copiosius hac de re colloquemur.

Chri. Ego te Augustine iã plane exhaustũ putabam Sed tu preter expectationẽ nouũ thesaurũ indicasti: quẽ si pergas explicare/ nor ante occupauerit ꝙ tibi eadem de te desint verba. Aug. Si ego hoc mediocri et doctrina/et ingenio presto: quantũ Ciceronem ipsum valuisse credis/qui cũ Roscio histrione certasse legitur. Sed aduesperascit/lectus nos accersiri iubet Proinde vale mi Christiane suauissime i crastinum.

Christ. Tu itidem bene valeas Augustine omnium doctissime.

¶ Familiarium colloquiorum/& preceptiuncule de copia finis.

Desex. Erasmi Roterodami/de ratione studij ad amicū quendā: epistola ꝓtreptica.

Cum te incredibili quodā litterarū ardore flagrare minime dubitarem. N. nō vulgaris amice: hortatione nihil opus esse putaui sed eius quam ingressus esses/vte duce modo: attanq̄ indice. Id mei officij esse iudicaui: videlicet vt tibi homini nō modo multis modis copulatissimo/verū etiā iucūdissimo: vestigia quib⁹ ipse a puero essem ingressus/cōmonstrarē. Que si tu pari cura accipies/atq̄ ego dicturus sum: futurū confido/vt neq̄ me monuisse/neq̄ te paruisse penituerit. Prima igitur cura sit vt preceptorē tibi deligas q̄ eruditissimū. Neq̄ eni fieri potest/vt is recte quenq̄ erudiat: q̄ sit ipse ineruditus: quem simulatq̄ nactus eris: fac omnib⁹ modis efficias/vt ille patris in te: tu filij in illū vicissim induas affectū. Ad qd̄ quidē cū ipsa honesti ratio nos debet adhortari/q̄ non minus debeamus ijs a quibus recte viuēdi rationē/q̄ a quib⁹ viuēdi initia sumpsimus: tum mutua ista beniuolētia tantū ad discendū habet momēti: vt frustra litterarū preceptorē sis habiturus/nisi habueris et amicū. Deinde vt te illi: et attentū/⁊ assiduū prebeas. Cōtentione eni immodica nōnunq̄ obruuntur ingenia discētiū. Assiduitas vero ⁊ mediocritate sua ꝑdurat ⁊ quotidianis exercitationib⁹ maiorē opinione aceruū accumulat. Satietate cū omnib⁹ in reb⁹: tum precipue in litteris nihil perniciosius. Laxanda est igit̄ aliquoties illa studiorū ꝯtētio. intermiscēdi lusus: sed liberales: sed litteris digni/et ab his non nimis abhorrētes. Immo medijs ipsis studijs perpetua quedā voluptas admiscēda est: vt ludū poti⁹ discēdi/q̄ laborē existimem⁹. Nihil eni ꝑdiu fieri potest/qd̄ nō agentē aliqua voluptate remoretur. Optima queq̄ statim ac primū disce. Extreme est demētie discere dediscēda. Quod in curādo stomacho solēt precipere medici: idem tibi in ingenijs seruandū puta. Caue aut noxio/aut immodico cibo ingeniū obruas: vtroq̄ eni iuxta offenditur. Ebrardū Catholicon/ceterosq̄ id genus: quos percensere neq̄ possum/neq̄ opere preciū est. ijs relinquito/q̄s barbariem immenso labore discere iuuat. Initio nō q̄ multa/sed q̄ bona percias: refert. Sed iā rationē accipe/qua possis nō solū recti⁹: sed etiā facili⁹ discere. hoc eni in hoīe artifice prestare solet artis ratio: vt tantundē operis: quū rectius expeditiusq̄ tū leuius etiā efficiat. Diem tanq̄ in operas partire: id qd̄ ⁊ a plinio Secundo: ⁊ a Pio pontifice Maximo: viris oīm memoria prestātissimis/factitatū legimus. Principio quod caput est: preceptorē interpretantē: nō attētus modo/sed ⁊ auidus auscultato. Nō contētus impigre sequi disserentē/aliquoties preuolare contende. Oīa illius dicta memorie: precipua etiā litteris mandabis/fidelissimis vocū custodib⁹. Quib⁹ rursus ita cōfidas caue/vt diues ille ridiculus apud Senecam: qui sic animū induxerat/vt se tenere crederet quicq̄d seruorū quisq̄ meminisset. Noli cōmittere vt codices eruditos habeas/ipse ineruditus. Audita ne effluant: aut apud te aut cū alijs retracta. Ne his quidē content⁹/aliquā tꝑis partē tacite cogitationi tribuere memēto. Quā vnā diuus Aurelius: tum ingenio/tum memorie in primis conducere scripsit. Cōflictatio: et tanq̄ palestra ingenioꝝ/neruos animi precipue tum ostēdit/tū excitat/tū adauget. Nec scissitari si quid dubitas: nec castigari si q̄d errabis/sit pudor. Nocturnas lucubrationes atq̄ itēpestiua studia fugito. Nā ⁊ ingeniū extinguūt/⁊ valetudinē vehemēter offendūt. Aurora Musis amica est/apta studijs. Pransus aut lude/aut deambula/aut hilarius cōfabulare. Quid qd̄ inter ista quoq̄ studijs locus esse potest? Cibi nō quantū libidini/sed quantū valetudini satis est sumito. Sub cenā paulisper inambula. cenatus idē facito. Sub somnū exquisiti quippiā ac dignū memoria legito: de eo cogitantē sopor opprimat. id experrectius a te ipso reposcas. Plinianū illud semꝑ animo insideat tuo. Omne perire tēpus qd̄ studio nō impertias. Cogita iuuēta nihil esse fugatius: que vbi semel auolarit/redit nunq̄. Sed iā hortator esse incipio: indicem pollicitus. Tu suauissime. N. hāc formā: aut si quā poteris meliorē sequere/ac bene vale.

¶ Londini in edibus wynandi de worde. Nostre salutis anno M.CCCCC.xix. Idibus Augusti. H. C.